ordine complebunt. Ecce septem anni
venient fertilitatis magne in vniuersa
terra egypti quos sequentur septem an
ni alij tāte sterilitatis: vt obliuioni tra/
detur cuncta retro abundantia. Cōsum
ptura est enim fames omnem terram.
⁊ vbertatis magnitudinē perditura ē
inopie magnitudo. Quod autem vidi/
sti secundo. ad eandem rē pertinēs som
nium: firmitatis indicium est: eo ꝙ fi/
at sermo dei ⁊ velocius impleatur. Nūc
ergo prouideat rex virum sapientem et
industrium ⁊ preficiat eum terre egypti
qui constituat prepositos per cūctas re/
giones. ⁊ quintam partem fructuum. p
septem annos fertilitatis qui iam nunc
futuri sunt. congreget in horrea. ⁊ omne
frumentū sub pharaonis potestate con
datur: seruetur q; in vrbibus ⁊ prepare
tur future septem annorum fami. que
oppressura est egyptum: ⁊ nō consume/
tur terra inopia. Placuit pharaoni cō/
silium: ⁊ cunctis ministris eius. Locu/
tus q; est ad eos: Num inuenire poteri/
mus talem virum qui spiritu dei plenus
sit: Dixit ergo ad ioseph: Quia osten/
dit tibi deus omnia que locutus es. nū
quid sapientiorem ⁊ consimilem tui in/
uenire potero: Tu eris super domum
meam. ⁊ ad tui oris imperiū cunctus po/
pulus obediet. Uno tm̄ regni solio pre/
cedam te. Dixit q; rursum pharao ad io
seph: Ecce constitui te super vniuersā
terrā egypti. Tulit q; annulū de manu
sua ⁊ dedit eū in manu eius. vestiuit q;
eū stola byssina: ⁊ collo torquē aureā cir
cūposuit. Fecit q; eū ascendere sup cur/
rum suū secundū clamante precone: vt
omnes corā eo genu flecterēt ⁊ ꝓpositū
esse scirent vniuerse terre egypti. Dixit
quoq; rex egipti ad ioseph: Ego sū pha
rao. Absq; tuo imperio nō mouebit quis/
q; manū aut pedē ī oī terra egypti. Uer
tit q; nomē eius. ⁊ vocauit eū lingua egy
ptiaca saluatorē mūdi. Dedit q; illi v/
xorē: assenez filiā phutifaris sacerdotis
heliopoleos. Egressus est itaq; ioseph
ad terrā egypti. Trigīta annorū erat qñ
stetit ī cōspectu regis pharaonis ⁊ circū
iuit oēs regiōes egypti. Uenit q; fertili/
tas septē annorū. ⁊ in manipulos reda/
cte segetes cōgregate sunt ī horrea egy/
pti. Ois etiā frugū abundātia ī singul'
vrbibus cōdita ē. Tātaq; fuit abūdantia
tritici. vt arene maris coequaret ⁊ copia
mēsurā excederet. Nati q; sūt ioseph fi/
lij duo anteq; veniret fames q̄s peperit ei
assenez filia phutifaris sacerdotis helio
poleos. Uocauit q; nomē primogeniti ma
nasses dicēs: Obliuisci me fecit deus oīm
laborū meorum. ⁊ domus pris mei. Nomē
quoq; secūdi appellauit effraī dicēs: Cre
scere me fecit deus ī terra paupratis mee
Igitur trāsactis septē vbertatis ānis q̄ fu
erāt ī egypto: ceperūt veīre. vij. āni ino/
pie. quos ꝑdixerat ioseph. ⁊ ī vniuerso
orbe fames ꝑualuit In cūcta etiā terra
egypti fames erat. Qua esuriēte clama
uit ppl's ad pharaonē. alimēta petens.
Quibus ille rñdit: Ite ad ioseph. ⁊ quic/
q̄d ipse vobis dixerit. facite. Crescebat
aūt quotidie fames in oī terra: apuit q;
ioseph vniuersa horrea ⁊ vēdebat egy/
ptijs. Nā ⁊ illos oppsserat fames. Dēs
q; ꝓuīcie veīebāt ī egyptū vt emerēt e/
scas. ⁊ malū īopie tēparēt.

## XLII.

Vidēs autē iacob ꝙ alimenta
vēderent in egipto dixit filijs
suis: Quare negligitis: Audi
ui ꝙ triticū venūdet in egypto. Descē/
dite ⁊ emite nobis necessaria. vt possi/
mus viuere. ⁊ non cōsumamur inopia.
Descēdentes igitur fratres ioseph de/
cem. vt emerēt frumenta in egypto. ben
iamin domi retento a iacob qui dixerat
fratribus eius: ne forte ī itinere quicq; pa
tiatur mali: ingressi sunt terram egypti
cum alijs qui pergebant ad emēdum.
Erat aūt fames ī terra chanaā. ⁊ ioseph

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0041
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG